Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fatigacionis est atque laboris
quottidie scilicet exire et hau
rire etiam de manifestis ri
uulis scripturarum / vt ex eis sin al' et
gulorum necessitatibus inseruire
vt absque suo labore quisque ve
strum presto habeat aquas spi
rituales ad omne opus verbi
gracia / ad lauandum ad pota
dum / ad cibos coquendum / Est
enim vere aqua sapiencie salutaris
sermo diuinus non modo potans
sed et lauans dicente domino
Et vos mundi estis propter sermo
nem quem locutus sum vobis
Sed et crudos carnis cogita
tus igne sancti spiritus accendente
coquit diuinum eloquium / ac ver
tit in sensus speciales et cibos
mentis ita vt dicas Conca
luit cor meum intra me et in
meditacione mea exardescet
ignis Qui mente sane puri
ori per scriptos apprehendere sub
limiora sufficit quin per nos
proferantur / non solum non pro
hibeo sed et multum congratulor
dum et ipsi nos simpliciora
paciant simplicioribus ministra
re / Quis dabit mihi vt omnes pro
phetent Utinam mihi necesse non
esset in hiis occupari / Utinam
aut alteri cura incumberet
ista aut certe quod mallem neces
in vobis esset qui ea indige
rent / essentque omnes dociles

dei / et ego possem vacare et
videre quam speciosus est deus
Nunc vero que nimie miseri
non dico intueri / sed nec in
quirere quidem licet / quod sine
lacrimis non loquor / regem
in decore suo sedentem super
cherubin / sedentem super solium
excelsum et eleuatum / in ea
forma qua equalis patri
in splendoribus sanctorum ante luci
ferum genitus est / in qua
et semper delectant et eum al' desiderat
angeli prospicere / deum apud
deum / Christum saltem hominem /
homo hominibus loquor / secundum
eam formam in qua vt se ma
nifestum innuit sua digna
cione et dileccione prebet mino
ratus ab angelis / In sole po
suit tabernaculum suum et ipse
tanquam sponsus procedens
de thalamo suo / Suaue ma
gis quam sublime et vnctum
non altum loquor / qualem
denique spiritus domini vnxit / et mi
sit ewangelizare pauperibus
mederi contritos corde / pre
dicare captiuis indulgenciam
et clausis apercionem / predica
re annum placabilem domino /
Saluo tamen cuique quod forte
sublimius subtiliusque / de spon
si virginentis speciali munere
sentire sibi et experiri donatum
est / Ego quod de communi

·S·